Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Saba sic dicit glo
ysaye xlviii° civi-
tas est in finibus
Ethiopie fyta secundum
sanctum pap. Saba est arabie
regio in qua nunc sabei
habitant. Alii dicunt quod saba
est fluvius a quo tota regio
nuncupatur
Sabaoth unum est de x
nominibus quibus deus nominatur
apud hebreos et interpretatur
dominus exercituum sive virtutum
unde in psalmo dominus virtutum
ipse est rex glorie
Sabat dicitur februarius
Sabati iter dicitur miliarium
sive mille passus ultra
quos non licebat Judeis
ire in die sabati
Sabatismus dicitur sabbati
observatio vel feriacio sive
requies
Sabbatizo as are dicitur
sabbatum observare
vel requiescere
Saburra i. sabbatum sanctum
Sabbatum sic dicit hugo
da a sabbe quod in lingua

syriorum dicitur vii. Et nota
quod septima dies septimane
et ipsa septimana dicitur sabbatum
unde luce xxviii° Jeiunio
bis in sabbato unde Judei solent
ita computare dies prima
sabbati i. prima dies septimane
secundum sabbati et sic usque ad sabbatum
cuius nomen non mutatur
sed dicitur simpliciter sabbatum vel dicitur
sabbatum sabbatorum per excel-
lenciam respectu aliorum dierum
qui sabbata appellantur unde
in computo ubi agitur de
nominacionibus dierum sic
dicitur silvester ferias et hebreus
sabbata dicit unde mathei
xxviii° Vespere autem sabbati
quod exponetur infra in suo
loco et similiter una sabbati
Sacramentum est id quod in ecclesia
geritur ut est baptisma crisma
corpus et sanguis domini quod secundum
hugonem ideo sacramenta dicuntur
quia sub tegumento corporalium
rerum virtus dei secretius et
latenter eorum sacramentorum
operatur effectum unde et a